



# Inferior Germania.

<https://hdl.handle.net/1874/430472>



**INFERIOR  
GERMANIA**

Blank  
Div-61

OMNIVM  
INFERIORIS GERMANIAE  
REGIONVM  
DESCRIPTIO GENERALIS.



VONIAM annos complures in Inferioribus hisce Flandriæ regionibus, longè præci-  
puâ Galliæ Belgicæ parte, vixi, variisque  
temporibus & occasionibus plurima ibide  
vidi, audiui, legi, notavi, curioseque ac dili-  
genter obseruavi: terram hanc tam præclaram, tantique  
in Europæ corpore momenti membrum esse competi,  
ut in publicum usum, ampliter eam ac diffusè, & quidem  
eo, quo ad annum usque millesimum quingentesi-  
mum & sexagesimum exactum, reperiebatur statu, for-  
maque, describere constituerim, atque hunc ipsum an-  
num, gemino potestâ supplemento, ut in prefatione di-  
ctâ est, ad annum usque supra se qui millesimum octoge-  
simum septimum, prosecutum sum. Habet vero mihi per-  
suasim, eos, qui descriptionem hanc nostram bono tho-  
macho sunt lecturi, inventuros in eâ præclaras imprimis,  
ac cogniti consideraque dignissimas res, easque non  
exteris tantum, sed & ipsi quoque indigenis, ob Scrip-  
torum in hoc genere defectum, non utiles minis,  
quam novas. Quocirca, omni tenuitatis meæ excusatio-  
ne prætermisla, gratiaque divini numinis invocata, con-  
fidenter ad rem ipsam accedam, verborumque selec-  
torum, ac tereti stili defectum nervosa rerum gravitate  
compensare tentabo. Ac primum quidem in genere de-  
scribemus, tum terræ ipsius, tum indigenarum gentium  
qualitates, uno pariter fasce, universalis Principis in  
eodem complexu imperium. Hinc progrederiemur ad  
provinciarum ejusdem divisionem, quarum omnium rati-  
oiores & commemoratione digniores dotes singillatim  
enumerabimus. Ordientes itaque ab ipso nomine, quo  
clarius intelligatur res, paullo altius eam repetemus:  
dicimusque, Iulium Cæsarem, (quem quidem prætan-  
tissimum scriptorem, quo ad ejus in hoc argumento fie-  
ri poterit, sequendum nobis ipsi proponimus) in com-  
menta.

## 2 D E S C R I P T I O

mentariis suis Galliam omnem dividere in partes tres. Belgian scilicet, Celticam, & Aquitaniam, subiicit autem paullo post, contineri hanc ipsam Belgiam fluminibus Rheno, Matrona, Sequana, marique Oceano, & in septentriones & orientem solem spectare. Belgium eam nonnullis videtur dicere, qui & ipse hac propter, sine exactiori ulla disquisitione, ita nuncupant atque scribunt, sed enim Cæsar peculiarem quendam Picardia, veteris Belgiae partis, locum, Latinis Bavacum, vulgariter Bayais appellatum, eo nomine afficit. quod ipsum, quo modo, quibusque de causis faciat, suo posse loco docebitur: numquam verò vel ipse Cæsar, vel ullus omnino antiquus scriptor, universam hanc terram, vel Belgium, vel Belgicam substantiae (nam quin adjectivè id alicubi fiat, non eodem eo negatum) invenietur dixisse. unde nos, singulis bene perpenitus, Belgiam eam reèt atque ordine dicimus, ac deinceps dicturi sumus. Scindimus verò, Provincias haec, quas Inferiores vulgo dicunt, quæque Catholicæ Regis imperio sublunt, veteris Galliae Belgicæ propemodum esse semissim : alterum ejus semissim possidentibus magna ex parte Gallis, in Provinciis hodie Picardia, Campania, Normandiaque (e quibus tamen posteriores duas veteri Belgica non in totum continebantur) vocabulo vulgo cognitis, quod ex isto semissim est reliquum, id Lotharingia, Clivia Iuliaca Ducibus, Trévorum, Moguntiaci, & Colonia Archiepiscopis ; Cameracensi, ac Leodiensi Episcopis; aliisque nonnullis principibus atque dynastis parer. Quemadmodum verò Cæsarianis temporibus (ne de remotoribus quidquam dicam) Belgia ista bellum totius summam luttinuit, pluresque magnos & illustres viros, quam reliqua omnis Gallia, dedit : ita & hodie quoque melior est atque celebrior totius Galliae pars. quod ipsum tribus potissimum argumentis constat, & primum quidem ab ipsis Cæsaris auctoritate duxerim. qui cùm toto fere decennio in Gallia bellum gesserit, penitissime illam cognitam atque perspectam habuisse putandus est. accedit huc & Strabonis, & aliorum quoque tum veterum, tum recentiorum scriptorum auctoritas. alterum argumentum, a generofitate & præstantia tot illustrium animarum, originem suam ad hanc Belgiam referentium, sumitur. tertium denique a magnitudine